

Consensus redimendi bona, videlicet oppida Bidsko, Suravch, Briansko, cum villis ad illa spectantibus, item Narew et Kleszerele.

41

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie, magnus dux Lithoanie, Rusie, Prussiae, Samogitiaeque dominus et heres etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris hanc notitiam habituris. Quia nos attendentes bene merito et salubria<sup>m</sup> omnibus nostris et Reipublicae negotiis consilia Magnifici Alberti Martini Gasthold de muratu Geranoni Palatini Vilnensis sincere nobis dilecti, nec minus cupientes commoditatibus nostris consulere, sic quia ipse Palatinus esset pro mensa nostra stationibus, tabernis et Camera Betsensi sibi de certa scientia et gratia Regis nris consensimus et admisimus consentimusque et admittimus presentibus bona nostra oppidum Bidsko cum aliis oppidiis, videlicet Suravch, Briansko, Narew et Kleszerele atque villis ad illa spectantibus, ac cum omnibus censibus, redditibus, hominibus, jurisdictione



jurisdictione, praeiis, curis et utilitatibus  
quomodolibet ad eadem spectantibus de ma-  
nibus Reverendi in Christo Patris Domini Ni-  
colai Episcopi Mednicen[is], et Generosorum  
Joannis Pincem[is] in Magno Ducatu ter-  
nitariani in Marborow et Stanislawi tenu-  
tarii in Uspole et Pincany filiorum Ma-  
gnifici olim Nicolai secundi Radzivil  
Palatini Vilnensis redimere. Ita tamen  
quod in ejusmodi redemptione non augeatur  
Summa pecuniarum in litteris nostris in-  
scriptionum praefato Nicolao Palatino ge-  
nitori ipsorum desuper concessarum justè  
et legitime inscripta, ac coram Thesaurario  
nostro tenestri deponenda decernentes per  
ipsum Magnificum Albertum Gastold Pa-  
latinum Vilnensem et suos legitimos suc-  
cessores praedicta omnia bona nostra, Biel-  
sko, Brienisko, Surasch una cum omnibus  
et singulis villis aliisque proventibus, et  
bonis ad eadem quomodolibet spectantibus  
justa vim, tenorem et effectum ejusmodi  
inscriptionum memorato olim Nicolao Pala-  
tino per Nos concessarum, ac per ipsum  
thesaurarium nostrum circa numeratio-  
nem pecuniarum recipiendarum et Alberto  
Gastold reddendarum tenendum, habendum,  
uti fruendum, et pacifice possidendum tandem  
quousq[ue]



quousq[ue] sibi et Successoribus suis Summa  
 pecuniarum in eisdem bonis inscripta per  
 Nos et Successores nostros simul plene  
 et ex integro solvatur, harum, quibus si-  
 gillum nrum est sub appensum testimonio  
 literarum. Datum Vilnae Dominica secon-  
 da post festum Pasche, anno Dni Millesimo  
 quingentesimo vigesimo secundo, Regni  
 vero nri anno Sedecimo

Sigismundus Rex.

Skopca przepisana jest z Krygi-  
 nadupargaminowego, uktorego  
 wisi piereci na smutku jadowa-  
 bnym, a 28. Miesiaca prz-  
 wca Roku 1783.



*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]*

*[Faint handwritten mark or signature in the left margin.]*

